τίν με· ἀλλὰ τοῦτο ὅπερ ἐρρήθη ἐρωτῶ, πῶς ἐνώπιον τῶν
ὀφθαλμῶν τοῦ δικαίου, ὡσεὶ ὑπὸ μίαν τοῦ ἡλίου ἀκτίνα,
ἅπαντα τὸν κόσμον συναχθῆναι πρὸ τῆς κοινῆς ἀναστά-

Liberio quondam patricio fuerat constructum, ad
eum visitationis gratia ex more convenerat. Ejus
quippe monasterium frequentabat; ut quia idem
quoque vir doctrina gratiæ cœlestis influebat, dulcia
sibi invicem vitæ verba transfunderent, et suavem
cibum cœlestis patriæ, quia adhuc perfecte gaudento
non poterant, saltem suspirando gustarent. Cumque
hora jam quietis exigeret^b, in cuius turris superio-
ribus se venerabilis Benedictus, in ejus quoque in-
ferioribus se Servandus diaconus collocavit: quo
videlicet in loco inferiora superioribus pervius con-
tinuabat ascensus. Ante eandem vero turrim largius
erat habitaculum in quo utriusque discipuli quie-
scebant. Cumque vir Dei Benedictus, quiescentibus
adhuc fratribus, instans vigiliis, nocturnæ orationis
tempora prævenisset, ad fenestram stans, et omni-
potentem Deum deprecans, subito intempestæ noctis
hora respiciens, vidit fusam lucem desuper cunctas
noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clare-
scere, ut diem vinceret lux illa quæ inter tenebras
radiasset. Mira autem res valde in hac speculatione
secuta est^c: quia, sicut post ipse narravit, omnis
etiam mundus velut sub uno solis radio collectus,
ante oculos ejus adductus est. Qui venerabilis Pater,
dum intentam oculorum aciem in hoc splendore
coruscæ lucis infligeret, vidit Germani Capuani epi-
scopi animam in sphaera^d ignea ab angelis in cœlum
ferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibere mira-
culi. Servandum diaconum iterato bis terque ejus
nomine, cum clamoris magnitudine vocavit. Cumque
ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, as-
cendit, respexit, partemque jam lucis exiguum vidit.
Cui tantum hoc obstupescenti miraculum, vir Dei per
ordinem quæ fuerant gesta narravit, statimque in
Cassinum castrum religioso viro Theoprobo manda-
vit ut ad Capuanam urbem sub eadem nocte trans-
mitteret, et quid de Germano episcopo ageretur
agnosceret et indicaret. Factumque est, et reveren-
tissimum virum Germanum episcopum is qui missus
fuerat jam defunctum reperit, et requirens subtiliter
agnovit eodem momento fuisse illius obitum quo vir
Domini ejus cognovit ascensum^e.

καὶ τὰ περὶ Γερμανοῦ τοῦ ἐπισκόπου σαφῶς διαγνῶς καὶ
τὸν ἐν ἁγίοις Γερμανὸν τὸν ἐπίσκοπον ἐν κυρίῳ τελειῶ-
ν ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπή⁷ ἢ τελείωσις αὐτοῦ γέγονεν, ἐν ᾗ ὁ τοῦ

Petr. Mira res valde, et vehementer stupenda.
Sed hoc quod dictum est, quia ante oculos ipsius
quasi sub uno solis radio collectus omnis mundus
adductus est, sicut nunquam expertus sum, ita nec

sopori dare debuissent; turris erat eodem in loco con-
stituta, quæ super totius cellæ habitaculum imminabat;
in cuius turris, etc. Hæc absunt a miss. et ab aliis
editis. In Græca quoque vers. non leguntur.

^c Compend., Mira autem valde res eandem specu-
lationem secuta est.

^d Germi, in spera. Colitur autem S. Germanus die
30 Octobris.

^e Primus And., Lyr., Becc., Prat., Bigot., ha-
bent abscessum.

¹ Ms. ἀνάπλεος.

² Ms. καταγωγίους... ἀνωγίους.

³ Ms. κατώγια τοῖς ἀνωγίους.

⁴ Ms. ὥρῃ.

⁵ Ms. Καπούης.

⁶ Ms. αὐτῇ τῇ ὥρᾳ καὶ ῥοπή.

⁷ Ms. ἐκπλήττομαι. Forte ἐκπλήττομαι.

^a Primus Theod., constitutum.

^b In edit. Gussanv. post exigeret, legitur: ut se

σιν; ἀλλ' οὐδὲ καταλαβέσθαι τοῦτο δύναμαι, ποιῆ τάξει
γενεσθαι ὀφείλει, ἵνα πᾶς ὁ κόσμος ὑπὸ ἀνθρώπου ἑνὸς
ὁ. αθῆ.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἀσφαλῶς κάτεχε, Πέτρε, ὅπερ λέγω. Ψυχῆ
τῆ θεωμένη τὸν κτίστην, πᾶσα ἡ κτίσις ¹ στενή αὐτῆ ἐστίν.
Ἵστις οὖν ὀλίγον τι τοῦ φωτὸς τοῦ κτίστου ἐθεάσατο,
μικρὸν αὐτῷ γίνεται πᾶν μέρος τῶν κτισμάτων, ὅτι αὐτῆ
ἢ τοῦ φωτὸς θεωρία ἐνδον ² ἐν τῷ νοῦν ἐμπλατύνεται, καὶ
τοσοῦτον πρὸς Θεὸν ἐξαπλοῖ τὸν νοῦν, ὥστε λοιπὸν ἀνώτε-
ρος παντὸς τοῦ κόσμου γαρίστασθαι, γίνεται δὲ αὐτῆ ἢ
τοῦ θεωροῦντος ψυχῆ καθ' ἑαυτήν. Ἦνίκα δὲ ἐν τῷ τοῦ
Θεοῦ φωτὶ ἄρξεται ἀρπάζεσθαι, ὑπεράνω αὐτῆς ἐν
τοῖς ἐνδοτέροις πλατύνεται. Ὅταν δὲ ἑαυτὴν πλατύνει-
σαν θεάσεται, ἐπιγινώσκει ὅσον ³ βραχὺ ἐστίν ὅπερ ἐν
τῇ ταπεινώσει οὐσα κατασχέειν οὐκ ἔδύνατο. Ὁ τοίνυν
ἀνὴρ οὗτος ὁ τὴν τοῦ πυρὸς σφαῖραν θεασάμενος, καὶ τοὺς
ἀγγέλους ἐν τῷ οὐρανῷ ὑποστρέζοντας, προδήλως τοῦτο
θεωρῆσαι οὐκ ἔδύνατο, εἰ μὴ ἐν τῷ φωτὶ τοῦ Θεοῦ ὑπῆρχε.
Τί οὖν θαυμαστόν εἰ καὶ τὴν κόσμον ὅλον ἐνώπιον αὐτοῦ
συναχθέντα εἶδεν, ὅστις ὑψωθείς ἐν τῷ νοερῷ φωτὶ ἔξω
τοῦ κόσμου ὑπῆρχεν; ὅτι δὲ συνελθὼν ἅπας ὁ κόσμος
ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ εἶρηται, οὐχὶ ὁ οὐρανὸς
καὶ ἡ γῆ ⁴ παρέστη ἐπὶ τὸ αὐτό; ἀλλὰ τοῦ θεωροῦντος ἢ
ψυχῆ ἐπλατύνθη, ἥτις πρὸς Θεὸν ἀρπαγείσα ἀνευ δυσκο-
λίας θεωρῆται ἔδυνήθη ἕκαστον ὅπερ ἐνδον τοῦ Θεοῦ
ἐστίν. Ἐν αὐτῷ οὖν τῷ φωτὶ τῷ ἐν τοῖς ἔξωθεν ὀφθαλμοῖς
ἐξαστράψαντι φῶς ἐνδοτέρον ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς νοεροῖς
ὀφθαλμοῖς ὑπῆρχεν. Ὁ γὰρ τὴν ψυχὴν θεασάμενος ἐν

ὕψιστοις ἀρπαγείσαν, ⁵ εἰδείχθη αὐτῷ, πόσον αὐτῷ στενω-
τάτα εἰσιν πάντα τὰ κατώτερα μέρη.

ΠΕΤΡ. Ὁρῶ ἑαυτὸν μὴ ἐπιγινόντα ἀκριβῶς ὅπερ εἴρηκας.
Διὰ γὰρ τὴν ἐμὴν βραδύτητα, ἢ ἐξήγησις σου τοσοῦτον
ἐπλεόνασεν; ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦτα ἀρτίως σαφῶς ἐν τῇ ἐμῇ
διανοίᾳ ἐξέχεας, αὐτῷ ὅπως ἐν τῇ τῆς διηγήσεως τάξει
ἱπανέλλης.

ΚΕΦΑΛ. Λζ'.

Περὶ τοῦ συγγραθέντος παρ' αὐτοῦ μοναχικοῦ κανόνος.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ. Ἠδέως, Πέτρε, ἔτι περὶ τοῦ σεβασμίου
τούτου ἀνδρὸς πολλὰ διηγούμενην, ἀλλὰ σπουδῆ τὰ μὲν
τῶν αὐτοῦ παρατρέχω, διὰ τὸ εἰς τὰ τῶν ἄλλων πε-
πραγμένα με σπεύδειν; τοῦτο ⁶ δὲ σε ἀρ. εἶν οὐ θέλω,
ὅτι σὺν τοῖς θαύμασι, δι' ὧν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐν τῷ
κόσμῳ ἐδοξάσθη, καὶ διδασκαλίᾳ λόγου οὐ μετρίως διέ-
λαμψε. Διευτυώσατο γὰρ τοὺς τῶν μοναχῶν κανόνος
διακρίσει ἐξαιρέτω καὶ λόγῳ φωτοιδεῖ. Οὕτινος ἴαν τις
θελήσειν ἀκριβῶς τὰ τε ἔθη καὶ τὴν πολιτείαν καταμα-
θεῖν, δύναται ἐν τῇ αὐτῇ συγγραφῇ τοῦ κανόνος πᾶσαν
τὴν τῆς διδαχῆς αὐτοῦ διαγωγὴν ἐπιγινῶναι. Ὁ γὰρ ἄγιος
ἱεραὶνός ἀνὴρ οὐδαμῶς ἔδυνήθη ἄλλως πως διδάξαι ἢ
παιδεῦσαι εἰ μὴ καθὼς ἔζησεν.

¹ Ms. στενή αὐτῆ ἐστίν; ὅστις οὖν ὀλίγον τι τοῦ φωτὸς
τοῦ κτίστου ἐθεάσατο.

² Ms. ἐν τῷ νοῦ.

³ Corrupte in editis βραχὺς ἐστίν; unde ms. lectio-
nem præferendam duximus.

⁴ Ms. παρέστη ἐπὶ.

⁵ Ms. εἰδείχθη πόσον αὐτῷ.

⁶ Ex ms. emendavimus edit.

A conjicere scio quonam ordine fieri potest, ut mundus
omnis ab homine uno videatur.

Gregor. Fixum tene, Petre, quod loquor : quia
animæ videnti Creatorem angusta est omnis creatura.
Quamlibet etenim parvo de luce Creatoris aspexerit,
breve ei sit omne quod creatum est : quia ipsa luce
visionis intimæ, mentis laxatur sinus, tantumque
expanditur in Deo, ut superior existat mundo : sit
vero ipsa videntis anima etiam super semetipsam.
Cumque in Dei lumine rapitur super se, in interiori-
bus ampliatur; et dum se sub se ^a conspicit exaltata,
comprehendit quam breve sit quod comprehendere
humiliata non poterat. Vir ergo Dei, qui intrens ^b
globum igneum, angelos quoque ad cælum redeuntes
videbat, hæc procul dubio cerere non nisi in Dei
lumine poterat. Quid itaque mirum si mundum ante
se collectum vidit, qui sublevatus in mentis lumine
extra mundum fuit? Quod autem collectus mundus
antejus oculis dicitur, non cælum et terra contracta
est, sed videmis animus est dilatatus, qui in Deo
raptus videre sine difficultate potuit omne quod infra
Deum est. In illa ergo luce quæ exterioribus oculis
fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videntis ani-
mam cum ad superiora ^c rapuit, ei quam angusta es-
sent omnia inferiora monstravit.

C Petr. Videor mihi utiliter non intellexisse quæ
dixeras, quando ex tarditate mea tantum crevit ex-
positio tua. Sed quia hæc liquido meis sensibus ju-
fudisti, quæso ut ad narrationis ordinem redeas.

CAPUT XXXVI.

Quod regulam monachorum scripserit.

Gregorius. Libet, Petre, adhuc de hoc venerabili
Patre multa narrare; sed quædam ejus studiose præ-
tereo, quia ad aliorum gesta evolventa festino. Hoc
autem nolo te lateat, quod vir Dei inter tot miracula
quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verbo non
mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regu-
lam, discretionem præcipuam, sermone luculentam ^d.
Cujus si quis velit subtilius mores vitamque cogno-
scere, potest in eadem institutione regulæ omnes
magisterii illius actus invenire : quia sanctus vir
nullo modo potuit aliter docere quam vixit.

^a Prat. et primus Gemet., et dum sub se mens con-
spicit. Sequimur Germ. et alios melioris notæ.

^b Germ. et Val-cl., qui intueri.... ex quibus forsitan
editoribus conflare placuit, qui in turri; quod tamen
legitur in primo Carn. Sequimur mss. Angl. Norm.
primum, Theod. secundum Carn., etc.

^c Pler. cum Germ., quia ad sup.

^d Duo Gemet., totidem Carnot. et Prat., sermone
luculento.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

A

CAPUT XXXVII.

Περὶ τῆς ἐξουσίας ἐξόδου, ἣν τοῖς ἀδελφοῖς προείρηκεν.

Ἐν τῷ χρόνῳ ἐν ᾧ ἤμελλεν ὁ ἀγίδιμος οὗτος ἀνὴρ ἐκ ταύτης τῆς προσκαιρέου ζωῆς ἐκδημεῖν¹, τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐκ μήκους οἰκοῦσι τῆς ἀγίας αὐτοῦ τελευτῆς τὴν ἡμέραν ἐμήνυσε. Καὶ τοῖς μὲν παροῦσι διεμαρτύρητο λέγων, μυστικῶς ἐν ἑαυτοῖς κατέχειν τὰ ἐν τοῖς ὡσὶν αὐτῶν ἀκουσθέντα· τοῖς δὲ ἀποῦσιν ἐμήνυσε ὅποιον αὐτοῖς σημεῖον γενήσεται, ὅτι ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐκ τοῦ σώματος μᾶλλον ἐξίειναι. Πρὸ οὖν ἕκτης ἡμέρας ἔτης αὐτοῦ παντίμου τελευτῆς, ἀνεωχθῆναι τὸ ἑαυτοῦ μνημεῖον ἐκέλευσε, καὶ εὐθὺς πυρετῷ σφοδροτάτῳ περιπεσάν, τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἐκκαύσεως λοιπὸν αἰ τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἐλεπτύνοντο. Ὁρῶν δὲ ἐσωτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὡς εἰπεῖν, ἐκ τοῦ λαβρωτάτου πυρετοῦ ἐκλιμπάνοντα, τῇ ἕκτη ἡμέρᾳ βρασταχθῆναι² ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν μαθητῶν καὶ ἐν τῷ εὐκτηρίῳ ἀπενεχθῆναι πεποίηκεν. Ἐκεῖ οὖν τὴν ἑαυτοῦ ἐξοδὸν τῇ ὑποδοχῇ τοῦ δεσποτικοῦ σώματος τε καὶ αἵματος ἐστήριξε, καὶ ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν ἐστῶς, ταῖς αὐτῶν χερσὶ τὰ ἀδύνατα μέλη ὑποστηριζόμενος, ὑψώσας ἐν τῷ οὐρανῷ τὰς χεῖρας, ἔστη κατὰ ἀνατολάς, καὶ τὴν ἡγιασμένην καὶ καθαρωτάτην αὐτοῦ ψυχὴν σὺν τῇ προσευχῇ εἰς οὐρανοὺς ἀνεσφαιρίσεν³. Ἐν αὐτῇ οὖν τῇ ἡμέρᾳ δυσὶν ἀδελφοῖς, τῷ μὲν ἐνὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ κελίῳ ἡσυχάζοντι, τῷ δὲ ἐτέρῳ μήκεθεν οἰκοῦντι, ἀποκάλυψε· μία καὶ ἐφάμιλλος ἐφάνη. Εἶδον τοίνυν ἑκάτεροι, καὶ ἰδοὺ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ κελίου αὐτοῦ μέχρι τοῦ οὐρανοῦ παρατεινομένη, ἐκ σπηλαίων ἱματίων ὅλη ἐστρωμένη, καὶ λαμπάδες ἀμέτρητοι ἐν αὐτῇ κατὰ ἀνατολάς ἐνορδίνως καιόμεναι. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ εὐσχήμων, καὶ φαιδρὸς τῷ σχήματι ὑπεράνωθεν ἐστῶς ἡρώτα τούτους, λέγων· «Τίνας ἐστὶν ἡ ὁδὸς αὕτη, ἣν κατανοεῖτε θαυμάζοντες;» αὐτῶν δὲ ἀγνοεῖν ὁμολογησάντων, ἔφη πρὸς αὐτούς· «Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς, δι' ἧς ὁ τοῦ Θεοῦ ἀγαπητὸς Βενέδικτος ἐν τῷ οὐρανῷ ἀνέρχεται.» Τότε οὖν συνῆκεν τὴν τοῦ ἀγίου ἀνδρὸς τελείωσιν. Καθάπερ γὰρ οἱ παρίντες μαθηταὶ ἐθαύσαντο, ἁμοίως καὶ οἱ ἀπόντες διέγνωσαν ἐκ τοῦ προλεχθέντος αὐτοῖς σημείου. Ἐτάφη δὲ τὸ ἡγιασμένον αὐτοῦ σῶμα ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, ἐν ᾧπερ τὸν Ἀπόλλωνος βωμὸν κατέστρεψε, καὶ τὸν εὐκτηρίον οἶκον τοῦ προδρομοῦ συνεστήσατο. Ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ ὑπὸ τὸν λάκκον, ἐν ᾧ τὸ πρὶν κατέκχησεν, ἕως τοῦ παρόντος, εἰς μετὰ πίστεως οἱ αἰτούμενοι προσέρχονται, μεγίστη θαυμάτων χάρις διαλάμπει.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Περὶ ἰαθείης γυναικὸς διὰ προσευχῆς τοῦ ἀγίου.

Ὅπερ γὰρ διηγοῦμαι πρᾶγμα ἀρτίως αὐτόθι γέγονε. Ἐνὴ τις τῶν κατὰ φύσιν ἐκστᾶσα φρενῶν, ἐν ὄρεσι καὶ κοιλάσιν, ὕλαις τε καὶ πεδίοις νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν κλαζομένη ἐπλανᾶτο. Ἐκεῖ δὲ καὶ μόνον ἀνεκλίνετο, εἴθ' ἄρα ταύτην ἡ ἀτονία καθυπέδειν ἠνάγκαζεν. Ἐν μιᾷ οὖν ἡμέρᾳ⁴ φθίκα κατὰ τὴν ἔρημον ἐπλανᾶτο, ἐν τῷ τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς Βενεδίκτου σπηλαίῳ ὁδηγηθεῖσα, ἀγνοοῦσα εἰσηλθε καὶ ἔμεινεν, πρῶτας δὲ γενομένης οὕτως ὑγιῆς τῷ φρονήματι ἐξῆλθεν, ὡς ὅτε οὐδεμίαν βλάβην φρενῶν ποτε ὑπέ-

¹ Ms. ad. lit. πρὸς τὸν θεόν.

² Ms. ἐκέλευσε βρασταχθῆναι.

³ Ms. ἀπέπεμψεν. Ἐν αὐτῇ οὖν ὄρα.

⁴ Ms. καὶ καθ' ἡμέραν.

⁵ Ms. τῶν ἡμερῶν.

^a Pratel., pro silentio.

^b Pratel. et primus Gemet., sepulcrum.

^c Secundus Gemet., dolore.

De prophetia sui exitus fratribus denuntiata.

Eodem vero anno quo de hac vita erat exiturus, quibusdam discipulis secum conversantibus, quibusdam longe manentibus, sanctissimi sui obitus denuntiavit diem: presentibus indicens ut audita per silentium^a tegerent; absentibus indicans quod vel quale eis signum fieret quando ejus anima de corpore exiret. Ante sextum vero sui exitus diem aperiri sibi sepulturam^b jubet. Qui mox correptus febribus, acri cepit ardore^c fatigari. Cumque per dies singulos languor ingravesceret, sexta die portari se in oratorium a discipulis fecit, ibique exitum suum dominici corporis et sanguinis perceptione munivit, atque inter discipulorum manus imbecillia membra sustentans, erectis in caelum manibus stetit, et ultimum spiritum inter verba orationis efflavit. Qua scilicet die duobus de eo fratribus, uni in cella commoranti, alteri autem longius posito, revelatio unius atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt namque quia strata palliis atque innumeris corusca lampadibus via^d recto orientis tramite ab ejus cella in caelum usque tendebatur. Cui venerando habitu vir desuper clarus assistens, cujus esset via quam cernerent, inquisivit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Haec est via qua dilectus Domino caelum Benedictus ascendit. Tunc itaque sancti viri obitum sicut praesentes discipuli viderunt, ita absentes ex signo quod eis praedictum fuerat, agnoverunt. Sepultus vero est in oratorio beati Joannis Baptistae, quod destructa ara Apollinis ipse construxit. Qui et in eo specu^e in quo prius Sublacus habitavit, nunc usque si petentium fides exigat, miraculis coruscat.

CAPUT XXXVIII.

De insana muliere in ejus specu sanata.

Nuper namque est res gesta quam narro; quia quaedam mulier mente capta, dum sensum funditus perdidisset, per montes et valles, silvas et campos die noctuque vagabatur; ibique tantummodo quiescebat, ubi hanc quiescere lassitudo coegisset. Quadam vero die dum vaga nimium erraret, ad beati viri Benedicti specum devenit, ibique nesciens ingressa mansit. Mane autem facto ita sanato sensu egressa est, ac si eam nunquam insania capitis ulla tenuisset; quae

^d Secundus Carnot., Bigot. et Becc., viderunt namque viam stratam.... quae, etc.

^e Ita Germ., Val-cl., duo Carnot. et uterque Theoder. Aliorum codicum non una est lectio. In Compend. Bigot., Lyr. et primo Aud. legitur: in quo prius Sublacus habitavit. In primo Gemet., in quo prius cui vocabulum est Sublacis, hab. In altero Gemet., in quo prius hab. cui Sublacus vocab. est.

μείνει. Ἦτις ἐν παντί χρόνῳ τῆς ζωῆς αὐτῆς ἐν τῇ ὁμοιω-
θείσῃ αὐτῇ ὑγιαίνει διαμένειν.

ΠΕΤΡ. Τί τοῦτο εἶναι λέγομεν, ὅπερ ἐν τοῖς τῶν ἁγίων
μαρτύρων λειψάνοις θεωροῦμεν γινόμενον; πλείον γάρ,
σχεδόν εἰπεῖν, θαυματουργίαι ἐπιτελοῦνται ἐν τοῖς εὐκ-
τηρίοις, ἐν οἷς λείψανα ἐπ' ὀνόματι αὐτῶν κατατίθενται,
ἢ περ ἐν ᾗ τὰ τούτων κατάκεινται σώματα. Πληροστώτως
μὲν οὖν χάριτι τῆν τοῦ Θεοῦ χάριν εἶναι πιστεύομεν, ὡς
καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτῶν σώμασιν· ἐκεῖ δὲ μᾶλλον μεγάλα

ΓΡΗΓΟΡ. Ἐνθα τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων σώματα κεῖν-
ται, διαταγμός, Πέτρε, οὐκ ἔστιν, ὅτι πολλά σημεῖα δύ-
νανται ἐπιδειῖξαι, ὡσπερ καὶ ποιοῦσιν. Τοῖς γὰρ καθαρῶ
τῷ λογισμῷ προσερχομένοις, ἀμέτρητα θαύματα ἐπι-
δεικνύουσι. Διὰ δὲ τὸ ἐν διαταγμῷ ὑπάρχειν τοῖς ἁσθε-
νέστερον τῷ λογισμῷ διακαιμένους, ὡς μὴ παρῆναι τοῖς
ἁγίοις ἔνθα τὰ αὐτῶν ὀλίκως οὐ κατάκεινται σώματα, καὶ
ὡς ἐκ τούτου τοῖς προσερχομένοις μὴ εἰσακούεσθαι,
ἐκεῖ μᾶλλον αὐτοῖς ἀναγκαῖόν ἐστι μεγάλα σημεῖα ἐπι-
δειῖξαι, ἔνθα περὶ τῆς αὐτῶν παρουσίας ὁ ἁσθενὴς λογισ-
μὸς διστάζει. Ὡς δὲ ὁ νοῦς ἡδραιωμένος ἐν τῷ Θεῷ
ὑπάρχει, οὗτοι ἐν τῷ τῆς πίστεως ἀξιώματι ὄντες, γινώ-
σκουσιν ὅτι εἰ καὶ μὴ κεῖνται αὐτῶν ἐκεῖσε τὰ σώματα,
πλὴν ὁμως τοῦ ταῖς εὐχαῖς εἰσακούειν μὴ ἀπολιμπά-
νεσθαι αὐτοῦς. Ὅθεν τοίνυν καὶ αὐτῇ ἡ ἀλήθεια ὁ κύριος
ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἵνα πίστιν τοῖς μαθηταῖς προσθῆ
εἶπεν· « Εἰ μὴ ἐγὼ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἔρχεται πρὸς
ὑμᾶς. » φανερόν² οὖν ὑπάρχει, ὅτι τὸ παράκλητον πνεῦμα
ἐκ τοῦ πατρὸς προέρχεται, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ διαμένει. Τίνος
οὖν χάριν ἑαυτὸν ὁ υἱὸς πορευθῆναι λέγει, ἵνα ἐκεῖνοι
ἔλθῃ ὅστις οὐδέποτε ἀπ' αὐτοῦ ἐχωρίσθη; Οἱ μαθηταὶ ἐ-
σαρκί τὸν κύριον ὄρωντες, τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς
τούτου πάντοτε θεωρεῖν ἐπιθύμουν. Ὅρθως οὖν αὐτοῖς
ἐρέθη· « Εἰ μὴ ἐγὼ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἔρχεται »
C
τουτέστιν, Εἰ μὴ τὸ σῶμα ἀποκρύψω, τί ἐστιν ὁ τοῦ πνεύματος πόθος οὐ δεκνύω, καὶ εἰ μὴ ἐμὲ καταλειψῆτε σωμα-
τικῶς θεωρεῖν, οὐδέποτε μαθαίνετε πνευματικῶς με ἀγαπᾶν.

ΠΕΤΡ. Ἀρέσκει ὁ λέγεις.

ΓΡΗΓΟΡ. Ὀλίγον λοιπὸν ἐκ τῆς συντυχίας παυσώμεθα,
ἵνα ἕαν εἰς τὰ τῶν λοιπῶν θαύματα τὸν λόγον ἐν τῇ διη-
γήσει παρεκτείνωμεν, δύναμιν τοῦ λέγειν διὰ τῆς σιγή-
σεως ἀνακαινίσωμεν.

¹ Ms. τοῖς ἀσθενεστέροις λογισμῶ.

² Hoc loco animadvertat lector, verba illa, φανερόν οὖν ὑπάρχει, ὅτι τὸ Παράκλητον Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς προέρχεται, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ διαμένει, id est, *Aperte igitur patet, quod Paracletus Spiritus a Patre procedit, et in Filio permanet*; longe aliter legi apud Gregorium Latine, nempe: *Cum enim constet, quia Paracletus Spiritus a Patre semper procedat et Filio*. Ex quo manifeste apparet, a Græcis postea Zachariæ papæ versionem fuisse depravatam, ut bene notavit Joannes diaconus lib. iv de Vita ejusdem B. Gregorii, cap. 75, de Dialogis loquens, his verbis: *Quos libros Zacharias, sanctæ Ecclesiæ Romanæ episcopus, Græco Latinoque sermone doctissimus, temporibus Constantini imperatoris, post annos ferme 175, in Græcam linguam convertens, Orientalibus Ecclesiis divulgavit: quamvis astuta Græcorum perversitas in commemoratione Spiritus sancti a Patre procedentis, nomen Filii suaptim radens, abstulerit*. Hæc Joannes diaconus. Hanc censuram atrox curarunt Romani sub Sixto V editores, et alii

omni vite suæ tempore in eadem quam acceperat sa-
lute permansit.

Petr. Quidnam esse dicimus, quod plerumque in
ipsis quoque patrociniis martyrum^a sic esse senti-
mus, ut non tanta per corpora sua, quanta beneficia
per reliquias ostendant, atque illic majora signa fa-
ciunt, ubi minime per semetipsos jacent?

Gregor. Ubi in suis corporibus sancti martyres ja-
cent, dubium, Petre, non est quod multa valeant si-
gna demonstrare, sicut et faciunt, et pura mente
quærentibus innumera miracula ostendunt. Sed quia
ab infirmis potest mentibus dubitari, utrumne ad
exaudiendum illi præsentibus sint, ubi constat quia in
suis corporibus non sint; ibi necesse est eos majora
signa ostendere, ubi de eorum præsentia pote-
B
t mens infirma dubitare. Quorum vero mens in Deo fixa est,
tanto magis habet fidei meritum, quanto illic eos non
et non j cere corpore, et tamen non deesse ab exau-
ditione. Unde ipsa quoque Veritas, ut fidem discipu-
lis^b auget, dixit: *Si non abiero, Paracletus non
veniet ad vos (Joan. xvi, 7)*. Cum enim constet quia
Paracletus Spiritus a Patre^c semper procedat et Fi-
lio, cur se Filius recessurum dicit, ut ille veniat, qui
a Filio nunquam recedit? Sed quia discipuli in carne
Dominum cernentes, corporis hunc oculis semper
videre sitiebant, recte eis dicitur: *Nisi ego abiero,
Paracletus non veniet*; ac si aperte diceretur: *Si cor-
pus non subtraho, quis sit amor^d Spiritus non
ostendo; et nisi me desierit corporaliter cernere,
nunquam me discetis spiritualiter amare.*

Petr. Placet quod dicis.

Gregor. Aliquantum jam a locutione cessandum est,
ut si ad aliorum miracula enarranda tendimus, lo-
quendi vires interim per silentium reparemus.

deinceps. Vide quæ de hoc argumento in præfatione
jam præmisimus num. 26.

^a In scriptoribus sacris mediæ ætatis, per sancto-
rum patrocinia sæpe intelliguntur reliquæ; quod
pluribus probat Cangius. Sufficiat modo Caroli Magni
capitulum quo prohibet servis Dei ad bellum per-
gere: *nisi illis tantummodo qui propter div. ministe-
rium, missarum scilicet solemnia adimplenda, et sancto-
rum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt*. Tom.
II Concil. Gall., pag. 235; cap. 3, tit. 2, Capitulum
selectorum Car. M. Per patrocinia reliquias intellexit
Zacharias, λειψάνους, λειψανα. Significantur quoque per
patrocinia sanctorum, ipsorum miracula. Dynamius
patricius in Vita S. Maximi Regiensis ep.: *Corpus B.
antistitis est humatum in eccl. B. Petri.... quæ postea
ipsius nomine, appellata est ob crebra ejus patroci-
nia.*

^b Primus Carnot., ut fidem salutis.

^c Gerin. Norm. et plur., ex Patre.

^d Al., quid sit amor.

PRÆFATIO IN REGULAM S. BENEDICTI.

Quanto apud omnes in pretio S. Benedicti Regula fuerit hactenus, nulli non exploratum esse existimo. Hæc sui vel solo auctoris nomine omni commendatione major, non solum in conciliis *Regula sancta* dicta est, ab eodemque quo sacri canones Spiritu condita, et in omnibus monachorum promulgata cœnobiiis, verum etiam ab ipsis sæculi principibus singulari studio perlecta, profitentibus se *ex tam prudentibus sancti Patris præscriptionibus ad populos suæ fidei concreditos valde accommodata media* percipere. Quapropter nullum mihi dubium est quin a piis religiosisque lectoribus cum ea qua par est animi reverentia ac religione suscipiatur, perlegatur, ac memoriæ commendetur.

At vero quam hic exhibeo ejusdem Regulæ expositionem quo vultu, quove animo accepturi sint, res in ancipiti est: maxime cum id genus argumenti toties hactenus tractatum sit, ut qui illud iterum retractare cogitaverit, is jam actum agere prorsus censeatur. Verum qui me ab hac scribendi ratione deterere debuerat magnus commentatorum numerus, is ad hoc opus suscipiendum me potius induxit. Nam etsi et ex antiquis et ex recentioribus non pauci, tam auctoritate quam vitæ merito gravissimi scriptores (quales sunt ex antiquis Smaragdus, Hildemar, Bernardus Cassinensis; ex recentioribus vero Menardus et Hæstenus, viri doctrina et sapientia præcellentes), id magna cum laude exsecuti sint, unum tamen ad perfectam et absolutam Regulæ notitiam desiderandum videbatur. Cum enim veterum Regulæ commentatorum exemplaria aut perrara sint, aut in obscuris bibliothecarum forulis, pene incognita, cum blattis et tineis rixentur; ex recentioribus vero nonnulli adeo alienam a mente S. Benedicti doctrinam tradiderint, ut nihil minus quam ejus Regulam explicuisse videantur, illos e tenebris eruere, hos vero aliquo modo revincere, viris aliquot pietate doctrinaque conspicuis operæ pretium visum est. Quapropter cum ejusmodi commentarium pro modulo meo paucis abhinc annis proprios in usus adornassem, iidem mihi auctores fuerunt ut id publici juris facerem: ut tam ex auctoritate veterum, quorum hic testimonia de verbo traduntur, quam ex praxi, quæ legum optima est interpres, appareat quam longe a vero ac genuino sancti Benedicti sensu aberraverint, qui laxiores docent et approbant opiniones; simulque perspicui possit quid de his sentiendum sit quorum severiores sententiæ, minusque Regulæ discretionem præcipuam conformes, profertur.

Nonnullos fortasse moveat frequens ac numerosa veterum auctorum propriis verbis expressio, quæ festinantibus ad ulteriora lectoribus, aut auctorum lectione imbutis fastidium non raro generare solet. Verum cum Regulam S. Benedicti auctoritate et praxi veterum hic fulcire et exponere fuerit animus,

fieri vix potuit quin auctoritates et testimonia eorum magno numero non congererem; quæ scribendi ratio etsi animum minus recreet, longe tamen efficacior ad persuadendum videtur, quod unum hic præ oculis habui; neque enim delectandi lectoris, sed ædificandi gratia hæc a me scripta sunt: atque utinam id in aliquibus saltem experiri liceat! Si cui vero commentationes nostræ quidpiam durius, austeriusve, seu restrictius videbuntur exhibere, nemo mihi jure succenseat, qui non meam doctrinam refero, sed sanctorum exempla veterumque testimonia simpliciter expono; non eo quidem animo ut eas traducam et consigam observationes quæ tantillum ab exacta et litterali Regulæ intelligentia pro tempore et loco, cogente necessitate, recesserunt. Nam *etsi non ad unguem, ut dicitur, eam totam custodiunt, etsi qua pro sui claustrum ritu vel mutant vel præmittant, a regulari tamen omnino professione non discedunt, donec tamen sobrie et juste et pie pro suorum moribus vivere non desistant* (S. Bern. de Præc. et Disp., cap. 16). Sed e re nostra non erit fortassis alienum, si de his qui suam in Regulam S. Benedicti impenderunt operam brevi disseramus.

Hos inter primus occurrit S. Benedictus abbas Anianensis, omnibus ordinis monastici alumnis singulari veneratione colendus, ab antiquis Benedictus secundus merito appellatus; et certe post sanctum legislatorem nulli secundus. Is, testante Ardone ejus discipulo, *omne desiderium suum in observationem Regulæ converterat, suumque hoc permaxime erat studium, ut nihil intellectui ejus excederet..... et ut ostenderet contentiosis nulla frivola casaque a B. Benedicte edita fore, sed suam ex aliorum sultam esse Regulam, unum collectis regularum sententiis composuit librum, cui nomen Concordiæ Regularum dedit, ita ut B. Benedicti præcederet sententia, ei vero rationabiliter convenientes jungerentur deinceps.*

Eo opere non parum profecit Smaragdus, abbas S. Michaelis in agro Viridunensi, in condendo suo super Regulam sanctam commentario, quem non solum ex variis antiquarum regularum sententiis, sed ex diversis insuper SS. Patrum dictis, suppresso auctorum nomine, contexuit, opus tanto scriptore dignum, quamvis in assignando vero et genuino illius parente non omnes consentiant. Nonnulli enim Rabano Moguntinensi archiepiscopo illud ascribunt; sed quam perperam, probat noster Mabillonius in veterum Analectorum tomo II, cujus ad probationes hanc etiam addere licet, quod sub Smaragdi veri auctoris nomine citetur a Gratiano. Eundem librum Smaragdo Ardoni, Benedicti Anianensis discipulo, tribuit Menardus; et quidem consentiunt nomen, ætas, tempusque auctoris, atque usus Concordiæ Regularum; at refragatur abbatialis dignitas, quam commentarii scriptori tribuunt codices mss., nec assecutus est Smaragdus Anianensis. Alii denique Sma-

ragdum abbatem Lunenburgensem hujus commentarii agnoscunt auctorem, qui etiam exstat in Parisiensi S. Germani bibliotheca sub nomine S. Dunstani scriptus; sed illi tardius vixerunt, decimo scilicet sæculo, quam ut eis possit tribui fetus quem longo ante tempore emissum fuisse constat.

Smaragdum excipere debet Hildemarus, Francigena monachus, qui Ludovici Pii imperatoris temporibus florebat. Is ab Angelberto Mediolanensi archiepiscopo accersitus in Italiam, et ad Rampertum Brixensem episcopum missus, vitæ severioris normam in monasterio SS. Faustini et Jovitæ restituit. Ibi optimum omnium (si quid iudico) commentarium in Regulam S. Benedicti composuit, quem Paulo Diacono jam ante annos sexcentos ascripserunt Leo Marsicanus et Petrus Diaconus, asilipulantibus Bernardo Cassinensi, et Petro Boherio. At Paulo Diacono recentiore esse exinde manifestum est, quod citatur in eo celebratum Aquisgrani sub Ludovico Pio concilium, cum tamen Paulus sæculo viii vivere desierit. Eundem Ruthardo Hirsugiensi monacho, Rabani et Strabi auditori ascribit Trithemius; Ruthardo monasterii Eremi B. Mariæ in Helvetiis Menardus. At neque Germanus, neque Helvetus fuit auctor, qui monasterii sui in Francia non semel facit mentionem. Eundem etiam in Augiensi monasterio reperit Mabillonius noster cum hac inscriptione: *Incipit Expositio Basilii abbatis super Regulam S. Benedicti abbatis primitus.* At genuinum Hildemari fetum esse probant Gallicani codices mss. plurimi, maxime vetustissimus ex bibliotheca S. Benigni Divionensis, ab annis circiter octingentis exaratus, cui hæc præligitur inscriptio: *Incipit Traditio super Regulam S. Benedicti, quam magister Hildemarus monachus tradidit et docuit discipulis suis.* Cui favel epistola ipsius Hildemari, quæ capite 58 integra refertur. Adde quod in caput 14, agens de sanctorum festivitibus, in exemplum adducit festa SS. Ambrosii, Protasii et Gervasii, Naboris, Nazarii et Celsi, sanctorum diocesis Mediolanensis, cui præerat Angilbertus, qui Hildemarum ex Francia advocaverat. Denique in Romanis monasterii sancti Pauli Consuetudinibus, ante annos sexcentos descriptis, sub nomine Hildemari hic commentarius laudatur, ut nulli dubium superesse debeat quin vulgata Pauli diaconi nomine commentatio Hildemaro genuino auctori sit vindicanda.

Non multo post, sub finem nimirum sæculi noni, Hugboldus Elnonensis monachus, Remensibus scholis a Fulcone archiepiscopo præfectus, ex diversis SS. Patrum sententiis in unum collectis, expositionem in Regulam S. Benedicti composuit, quæ mss. asservatur in percelebri S. Amandi apud Belgas monasterio.

Subsequentibus duobus sæculis x et xi, vix ullum Regule Benedictinæ interpretem reperire est. Nam qui recensentur S. Dunstanus et S. Athelwoldus, non tam Regulam exposuisse quam recognovisse et emendas e, aut in Anglicum idioma transtulisse dicendi

sunt. Exeunte tamen sæculo xi, beatus Theuzo, Joannis Gualberti discipulus, et abbas S. Pauli de Razzolo, scripsit in eandem Regulam commentarium, qui mss. habetur in locupletissima magni ducis Etruriæ bibliotheca.

Paulo secundius existit sæculum xii, in quo quatuor tam pietate quam doctrina insignes Regulæ nostræ expositores sese nobis objiciunt: Rupertus abbas Tuitiensis cœnobii juxta Coloniam Agrippinam, vir in divinis Scripturis a Spiritu sancto per visum eruditus; Petrus Diaconus monachus Cassinensis et bibliothecarius; S. Hildegardis, prima Montis-Sancti Ruperti Bingensis in diocesi Moguntinensi abbatissa. Bernardo abbati Clarevallensi bene nota, cujus scripta ab Eugenio Papa III coram eodem S. Bernardo, episcopis et cardinalibus lecta, in conventu Trevirensi confirmata sunt; ac tandem magister Stephanus Parisiensis. Et quidem duo priores, Rupertus scilicet et Petrus, quatuor hac de re libros scripserunt, S. Hildegardis unicum brevem, Stephanus Parisiensis item unicum, quem Roffredo Insulano, SS. Marcellini et Petri presbytero cardinali, Cassinensis cœnobii abbati, ejusque fratribus, inscripsit: quod opus manu exaratum asservatur in Ursiniensi Germaniæ monasterio prope Augustam Vindelicorum.

His subjicere possemus Edmundum Stoutton Glasconia monachum, et Guillelmum Peraldum ordinis Prædicatorum et episcopum Lugdunensem, qui expositiones in Regulam S. Benedicti scripsisse traduntur in Possevini apparatu sacro. Sed Guillelmi lucubratio aliud nihil est quam optimus tractatus de professione monachorum, tres in partes divisus, qui Parisiis anno 1512, cum tractatu Joannis Nider De reformatione religiosorum, prodiit in lucem. Exstat mss. in bibliotheca S. Germani a Pratis sub nomine Guillelmi Pictaviensis: in Gemmeticensi et Lyrensi absque auctoris nomine.

Venio ad scriptores Cassinenses Bernardum, Nicolaum et Richardum de S. Angelo, quibus annuere possumus Petrum Boherium, episcopum Urbevetanum, ut pote qui aliquando Cassini et Sublaci versatus est.

Bernardus natione Gallus, in Scripturis sanctis studiosus et eruditus, regularis disciplinæ zelosus amator, ingenio subtilis, consilio promptus, sententia solidus, eloquio apertus et compositus, ut ait Trithemius, monachus primum et abbas monasterii S. Honorati Lerinensis, in Gallia; deinde jussu Urbani Papæ IV in locum cujusdam Theodini monachi Cassinensis, Acerarum episcopi electi, de mandato Manfredi Tarentini principis abbas quinquagesimus nonus monasterii Cassinensis creatus anno 1263, quemadmodum scribit Arnoldus Wion, ac postea S. R. E. cardinalis, ad preces et petitionem Thomæ decani et fratrum Cassinensium, scripsit egregium super Regulam S. Benedicti commentarium, quem tanti fecere posteri, ut illum pene ad verbum transcripserit in suo primo commentario Petrus Boherius, eumque Joannes de Précis, abbas S. Germani Parisiensis, Gallico idio-

mate donaverit, cujus versione etiam aliquoties usi fuimus.

Nicolaus de Fractura, Arnaldo Wion dictus *Nicolaus de S. Germano, I. V. doctor monachus primum Cassinensis, deinde abbas monasterii S. Vincentii juxta Vulturum, anno Domini 1299 scripsit expositionem satis perspicuam et doctam secundum jura canonica et civilia super Regulam S. P. N. Benedicti, ut testatur idem Arnaldus. Codex quo usi sumus ita desinit: Explicit Expositio Regulæ S. Benedicti secundum Nicolaum abbatem S. Vincentii, decretorum doctorem, quam exposuit in monasterio Cassinensi, sub anno Domini 1299, sub abbate Gallardo, qui eo tempore monasterio Cassinensi præsidebat.*

Ilic liber est scriptus, exponens sit benedictus,

Ut rosa flos florum, sic est liber iste librorum.

Tres Richardos de S. Angelo Regulæ nostræ commentatores reperio. Unum Cassinensem abbatem, teste Placido Cassinensi monacho in Supplemento Virorum illustrium sui monasterii, qui anno 1240 a Gregorio IX creatus est cardinalis. Alterum monachum Cassinensem et postea tempore Cælestini papæ V abbatem S. Justinæ de Padua, cujus opus laudat aliquando Paulus Augustinus a Janua. Tertium monachum item Cassinensem et præpositum Vallislucis, ac Capellanum Landulfi S. Angeli diaconi cardinalis, cui etiam librum suum dedicavit. Duorum priorum lucubrationes mihi percurrere non licuit, sed tantum tertii, in cujus commentario intacta aliquot capita tanquam omnibus nota, aut a peritioribus exponenda, uti se ipse explicat, reperi, scilicet ab octavo ad decimum nonum.

Petrus Boherius, decretorum doctor, primum abbas monasterii S. Aniani in diœcesi S. Pontii Thomeriarum, et postea episcopus Urbevetanus, post medium sæculum XIV duplicem in Regulam S. Benedicti edidit expositionem: unam ad petitionem fratrum suorum, quam præsentibus in capitulo provinciali abbatibus obtulit corrigendam et emendandam. De ea ita scribit Trithemius: *Petrus Boherius scripsit super Regulam S. P. Benedicti opus certe laboriosum et commendabile, in quo ipsam Regulam juri et canonibus pene in singulis verbis concordare ostendit. Sed cum in ista SS. Patrum scita aliquo modo neglexisset, alteram jam factus episcopus ex variis SS. Pachonii, Basilii, Hieronymi, Cassiani, et ex Vitis Patrum sententiis composuit, quam in sacra S. Benedicti spelunca corpore collocatus, ministrato candelæ lumine, cum tremore subscribendam incepit. Hunc secundum commentarium Carolo Franciæ regi nuncupavit, in cujus præliminari ad eundem Carolum epistola hæc leguntur: Oro igitur, heros noster et inclyte princeps, eandem monachorum excipe Regulam, per me tuæ majestatis oratorem humillimum, in specu ubi ipse Benedictus eam edidisse, et in qua diu mansisse pœnitentiæ gratia legitur, sanctorum Patrum dictis salvificis noviter commentatam. Ipsamque enim dextera sacra tua, cum tu ea minime egens, porrige, precor, abbati venerabili S. Dionysii,*

A suoque sacro conventui, meis in Christo Patribus, veraque charitate et professione parili fratribus præamandis. Eandem etiam Sublacensibus monachis Petrum transmisisse docent versus initio libri ipsius appositi.

Cassinenses proxime sequuntur plures ex Germania doctissimi gravissimique scriptores, qui suas in exponenda S. Benedicti Regula curas adhibuerunt. In his Joannes Castellensis in Palatinatu superiori monachus prope Ambergam, de quo Trithemius: *Joannes monachus Castellensis in diœcesi Eistetensi, vir in divinis Scripturis valde studiosus et sæcularis litteraturæ non ignarus, ingenio subtilis et disertus eloquio, edidit venerandæ lectionis non parva volumina, de quibus ista feruntur: In Regulam S. Benedicti libri duo, etc.* Idque juxta Wionem anno 1390. Ejus expositio ms. asservatur in monasterio S. Petri Salzburgensis, ad cujus calcem habetur glossa in Regulam eodem auctore, quæ forsitan pro secundo illius libro habenda est. Joannes Keck Tegernsensis in Bajoria monachus, vir imprimis doctus, qui etiam interfuit concilio Basileensi, ubi coram summo pontifice orationem habuit, eruditum etiam composuit in Regulam S. Benedicti commentarium, quem Gaspari de Grandesen abbati nuncupavit, exstatque ms. in bibliotheca Tegernsensi. Symbolam quoque contulit Joannes Ulitpacher, Mellicensis in Austria monachus, cujus lucubratio ms. asservatur in Weingartensi bibliotheca, cum hac inscriptione: *Commentarius in Regulam S. Benedicti, auctore Joanne Ulitpacher Mellicensi monacho, post reformationem monasterii sui, hoc est post annum 1423, quo reformatum est Mellicense monasterium. Exstat etiam in bibliotheca Tegernsensi commentarius alterius Joannis, Mellicensis item monachi, Schlippacher dicti, cujus titulus ita effertur: Manuale viaticum super Regulam S. P. N. Benedicti, editum per vœuerabilem Patrem et magistrum Joannem Schlippacher in canobio Mellicensi monachum professum. Hoc s.c. et vives.* Eo usus est Chrysostomus abbas Altahe Superioris in expositione quam, ut ipse ait, *ex diversis qui super eandem scripserunt Regulam viris egregiis, videlicet Bernhurdo abbate Cassinensi, Stephano Parisiensi, Hildemaro abbate, domino reverendissimo Joanne cardinali dicto de Turrecremata, nec non magistro Joanne Keck Tegernsensi, Joanne Castellensi, et Joanne Schlippacher Mellicensi, dicte Regulæ professoribus collegit.* Ea habetur etiam in monasterio Scheyrensi anno 1491, scripta in die S. Marci evangelistæ. Joannes Trithemius abbas Spanheimensis, vir pietatis et doctrinæ non vulgaris, suum commentarium ediderat paulo post annum 1184, quo primum creatus est abbas. Hoc opus reconditiorem viri eruditionem multigenamque SS. Patrum lectionem exhibet; sed quod satis doleri non potest, decurtatum, septem dumtaxat continens capita cum prologo, in quibus vix aliquid ad accendendum fovendumque religiosæ disciplinæ studium ac fervorem aptius aut fortius desideres.

His adjicere possemus auctores Hispanos non paucos, qui eo quoque stylum adinoverunt. Nam præter Joannem cardinalem de Turrecremata dictum, si Manriquo credimus, in capitulo generali congregationis reformatæ ordinis Cisterciensis anni 1557, adjunctum est Ludovico de Estrada, insigni verbi Dei concionatori, ut commentarios in S. Benedicti Regulam ederet, quibus abbates in capitulis privatis ad illam exponendam uti possent; quos cum in generalibus comitiis anni 1560 Hispana lingua repræsentasset, jussus est in Latinam vertere, dignos qui legerentur universum per orbem, ut loquitur Manriquus. Ex eadem congregatione Ludovicus Bernardus de Quiros, reformator generalis XXI, scripsit quoque Republicæ monasticæ, sive Commentariorum in Regulam S. Benedicti libros duodecim; quos tamen non exstare asserit Nicolaus Bravus, ejusdem congregationis abbas monasterii Olivæ, in notis litteralibus, quas pro genuina Regulæ intelligentia et conscientiæ obligatione typis mandavit Olivæ anno 1648, una cum Lacinia adversus Joannis Caramuelis placita.

Ex congregatione vero Vallisoletana duos habemus superiores generales, quorum unus Latine, alter Hispanice scripsit in Regulam S. Benedicti. Primus Antonius Perezus, qui postea fuit Urgellensis episcopus ac postmodum archiepiscopus Tarraconensis; secundus Alphonsus de San-Vitomez, vir non exigui meriti.

Denique, ut paucis absolvam, commemorare nihil juvat Theobaldum Artaldum, Petrum Crespetium Cælestinos, et Matthiam Lambertum Alvensis monasterii priorem, qui tres Regulæ Gallicas expositiones ediderunt; nec non et Joannem Berthelium, Joannem Graesbreckum, Columbanum Urancem, pluresque alios, quorum catalogum texuit Benedictus Hæstenus in Disquisitionibus monasticis. Joannem vero Caramuelem quod attinet, tametsi aliquoties ejus verba protulimus, tantum abest ut nobis commendatur, quin potius omni oblivione dignus videatur. Alia est ratio Gerardi Belgæ monachi, cujus pium devotumque commentariolum cum notis edidit Gabriel Bucelinus in monasterio S. Galli. Neque etiam sua laude privandum existimo Julianum Warnerium strictioris observantiæ Cisterciensis ord. generalem, cujus præter Gallicum librum De antiqua praxi Regulæ S. Benedicti, Parisiis anno 1645 impressum, commentarium insuper in eandem Regulam citat Julianus Parisius, abbas Fulcardi Montis. Sed neque Pauli Augustini a Janua congregationis Cassinensis monachi, qui eandem Regulam ad mss. Cassinenses recognovit et doctissimis notis exornavit, opus prorsus spernendum videtur. His omnibus duos cæteris longe anteponeudos adjicio, Hugonem Menardum, et Benedictum Hæstenum, viros æterna memoria dignos. Primus ex monacho S. Dionysii in Francia, zeto strictioris observantiæ congregationi S. Mauri dans nomen, doctrinam cum pietate ita conjunxit, ut non solum inter perfectissimos monasticæ vite cul-

tores numerari debeat, verum etiam et doctissimis ævi nostri scriptoribus æquiparari possit, ecclesiastica, monastica, profanaque eruditione refertissimus. Inter alia quæ plurima edidit, Benedicti abbatis Anianensis Regularum Concordiam publici juris fecit, quam ad plures mss. codices exegit et notis exquisitissimis illustravit. Quo ex fonte hauserunt quicumque momenti alicujus opus aliquod in Benedictinam Regulam post eum scripserunt: maxime vero Carolus Cointius, Oratorii Domini Jesu presbyter, in observationibus ad eandem Regulam, quam in Annalium ecclesiasticarum Francorum tomo I integram inseruit.

Benedictus vero Hæstenus, Affigeniensis monasterii præpositus, in rebus monasticis quantopere versatus fuerit, probant duodecim monasticarum Disquisitionum libri, opus imprimis laudandum et utile, cui nonnulla si detraxeris correxerisve, nescio an præstantius aliquid in S. Benedicti Regulam exquiras. Edidit insuper commentarium in vitam S. Benedicti, et alia non pauca, quæ sinceram pietatem nec vulgarem eruditionem ex æquo spirant. Eius Disquisitiones monasticas compendio redactas Augustæ Vindelicorum typis mandari curavit Carolus Stengelius abbas Anhusanus, cujus epitome iis præsertim sufficere posset, quibus per otium minime vacat prolixas Hæsteni lucubrationes studiose perlegere. Vivos supersitesque Regulæ commentatores silentio prætermittere animus fuit, ne quis forsitan eorum famæ vel modestiæ non satis a me consultum existimaret. Sed neque defunctos omnes hic a me commemoratos fuisse affirmo, quorum plurimos præsertim manu exaratos curam diligentiamque nostram fugisse non diffiteor.

Ex his omnibus commentarios sex nondum editos ante aliquot annos typis mandare cogitaverat noster Mabillonius, et ex illis continuam et quasi concatenatam Regulæ commentationem facere. Verum cum me aliquid in Regulam S. Benedicti meditari recisisset, ipse, majoribus et utilioribus occupatus, auctor fuit ut saltem illorum concordiam satagerem edere. Id quod tam ex illis quam ex editis longe pluribus, aliisque probatis auctoribus innumeris ita præstare conatus sum, ut quidquid in his alicujus momenti existeret, in hoc uno commentario nostro pene totum comprehenderem. His omnibus addidi praxim qualem in antiquis monachorum regulis, vetustissimis recentioribusque cœnobiolorum statutis, consuetudinibus et ordinariis sive manu exaratis sive impressis, et in variis sanctorum actis ac historiis deprehendere potui. Qua in re si quid erravi (quod est humanum), aut forte incautius excidit, candidos lectores precor, ut pro sua benignitate peccatis indulgeant, mendas corrigant et emendent, paratum me semper inventuros certiora docentibus statim et ex animo consentire.

Denique ut in hoc opere nihil quod meum erat desiderari posset, sanctæ Regule textum ad mss. codices plurimos emendare studui, maxime ad vetustis-

shum omnium ante annos mille uncialibus litteris scriptum, cujus varias lectiones ex bibliotheca Bodleiana, quæ est Oxonii in Anglia, transmisit ad nostrum Mabillonium V. Cl. Eduardus Bernardus, et ad Narbonensem ante annos nongentos exaratum, cujus varias item lectiones, uti et alterius monasterii S. Sabini Tarbeiensis annorum sexcentorum excepit noster Claudius Stephanotius. Alios etiam quinque consului, nempe duos Parisienses S. Germani a Præis, tertium S. Cornelii Compendiæ, quartum S. Petri Conchensis, quintum B. Mariæ Lyrensis. Sub idio quoque fuerunt relati a vetustis commentatoribus sacræ Regule textus, ab Hildemaro præser-

tim et Smaragdo Floriacensis monasterii, quorum characteres ad annos minimum octingentos accedunt. Quibus præire debuit Benedicti abbatis Anianensis Concordia Regularum. Nec insuper haberi visum est antiquas editiones, Venetam anni 1489 et Parisiensem, aliasque recentiores Balduini Moreau, Hugonis Menardi, Benedicti Hæstani, et Pauli Augustini a Janua Cassinatis monachi; quod ipsi Regulam ad plures codices mss. diligentissime correxerint: quorum tam editiones quam variantes lectiones non parum lucis et adjumenti conatibus meis attulerunt. Hæc paucis lectores præmonendos existimavi.

TESTIMONIA VETERUM

DE REGULA S. P. BENEDICTI.

Ex libro II Dialogorum S. Gregorii papæ, c. 36.

Hoc autem nolo te lateat, quod vir Dei (Benedictus) inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum Regulam discretionis præcipuam, sermone luculentam. Cujus si quis velit subtilius mores vitamque cognoscere, potest in eadem institutione Regulæ omnes magisterii illius actus invenire; quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam vixit.

Ex Concilio Augustodunensi sub S. Leodegario anno 670 celebrato, can. 15.

De abbatibus vel monachis ita observare convenit, ut quidquid Canonicus Ordo, vel Regula S. Benedicti docet, et implere, et custodire in omnibus debeant. Si enim hæc omnia fuerint legitime apud abbates vel monasteria conservata, et numerus monachorum Deo propitio augebitur, et mundus omnis per eorum orationes assiduas malis carebit contagiis.

Ex S. Ambrosii Autperti libro De Conflictu vitiorum in fine tom. VI operum S. Augustini novæ edit.

Juxta regulam Patrum vivere semper stude, maxime autem secundum S. confessoris Benedicti: non declines ab ea in quoquam, nec illi addas quippiam; totum enim quod sufficit habet: cujus verba atque imperia sectatores suos perducunt ad cæli palatia.

Ex Ludovici Pii imperatoris exhortatione ad Eigilem abbatem Fuldensem electum, in ejus Vita, auctore Candido, sæculo IV Bened., part. 1.

S. Benedictus Regulam monachorum Spiritu sancto repletus cum magna discretionis conscripsit.

Item ex eodem ibidem.

Regulam vero vir Dei Benedictus luculento sermone conscripsit, in qua nihil doctrinæ latentis, nihil obscuritatis comprehendit; quapropter non indiget expositione, sed admonitione. Hæc est enim angusta porta et arcta via quæ sequentes se ducit ad Deum. Hæc sane in tantum discretionem, mensuram et charitatem te docet habere, ut etiam cum charitate hortatus prævaleas ipsa vitia resecare, agere cuncta propter pusillanimes mensurate, discretionem S. Jacob cogitare, et semper in his omnibus fragilitatem tuam tibi metipsi ad memoriam revocare.

Ex Concilio Duziacensi II, celebrato anno 874.

Beatus gratia et nomine Benedictus, S. Spiritu in-

B spiratus consona sacris Scripturis et aliorum orthodoxorum Patrum prædicationibus in sua Regula dicit.

Item ex eodem Concilio.

S. Spiritus per B. Benedictum eodem spiritu quo et sacri canones editi sunt, Regulam monachorum edidit.

Ex epistola Leonis archiepiscopi Ravennatis ad Durandum monachum.

S. Benedictus ab eodem Spiritu sancto edoctus, cum se de hac luce revelante Deo sciebat esse transiturum, ad petitionem discipuli sui Mauri, hanc Regulam suis beatis manibus describens, eique tradidit, ut perfecte sciret qualiter se suosque discipulos imbueret.

Item ibidem

C Tu vero, charissime, noli sequi reprobatum (sensum), sed imitare Regulam electam ab electo divo Benedicto editam, a sancto pioque Spiritu dictatam, et a præclaro doctore pontifice summo laudatam, et a perfectis viris imitatam, quæ sectatores suos ad regnum cælorum perducit.

Ex Joanne monacho in Vita S. Odonis abbatis Cluniacensis.

Thesaurus in Regulæ observatione latentes monachis explicavit, nullumque illius apicem, prudenti inconsultum, proficenti inutilem, credenti difficilem, pœnitenti asperum esse, suo et multorum exemplo docuit.

Ex V. Benedicti abbatis Clusensis exhortatione, quæ refertur in ejus Vitæ cap. 4.

D Quapropter hortor fraternitatem vestram ut postpositis quibusdam superstitionibus et humanis institutis, quæ ad rem non pertinent, et a vera religione abhorrent, Regulæ S. P. N. Benedicti studiis, in qua omnis evangelica et apostolica perfectio constat, animum ad purum intendatis.

Ex Petri Damiani opusculo 13, cap. 7.

Sancta Regula quasi ampla quædam capax et speciosa domus facta est, ad omnia hominum genera capienda, pueros videlicet et senes, fortes et debiles, deliciosos et multimoda morum inæqualitate diversos.